Quelle: http://manuscripta.at/?ID=445
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



Cum autem Capitulum viii.
descendisset de monte secu
te sunt eum turbe multe.
Et ecce leprosus veniens adorabat eum
dicens. Domine si vis potes me
mundare. Et extendens ihesus
manum tetigit eum dicens. Volo.
mundare. Et continuo mundata
est lepra eius. Et ait illi ihesus.
Vide nemini dixeris sed vade ostende
te sacerdoti et offere munus quod
precepit moyses in testimonium illis.
Cum autem introisset capharnaum
accessit ad eum centurio rogans
eum et dicens. Domine puer meus
iacet paralyticus in domo. et male tor
quetur. Et ait illi ihesus. Ego veni
am. et curabo eum. Et respondens cen
turio ait. Domine non sum dignus
ut intres sub tectum meum. sed tan
tum dic verbo et sanabitur puer meus. Nam
et ego homo sum sub potestate habens
sub me milites. et dico huic vade
et vadit. et alio veni. et venit. et seruo
meo fac hoc. et fecit. Audiens autem
hec ihesus miratus est. et sequentibus
se dixit. Amen dico vobis. nec
in israhel tantam fidem inveni.
Dico autem vobis quia multi ab ori
ente et occidente venient. et recumbent
cum abraham. et ysaac. et iacob in reg
no celorum. filii autem regni eicientur
in tenebras exteriores. ibi erit fletus
et stridor dentium. et dixit ihesus centu
rioni. Vade. et sicut credidisti fiat
tibi. Et sanatus est puer ex illa hora.
Et cum venisset ihesus in domum
petri vidit socrum eius iacentem et
febricantem. Et tetigit manum eius.
et dimisit eam febris. Et surrexit.
et ministrabat eis. Vespere autem fuerunt.
obtulerunt ei multos demonia ha
bentes. et eiciebat spiritus verbo. et omnes
male habentes curavit. ut adimplere
quod dictum est per ysaiam prophetam dicen
tem. Ipse infirmitates nostras acce
pit. et egrotationes nostras portavit.
Videns autem ihesus turbas multas circum se iussit ire trans fretum.
Et accedens unus scriba. ait illi.
Magister sequar te quocumque ieris. Et dixit
ei ihesus. Vulpes foveas habent. et
volucres celi nidos. filius autem ho
minis non habet ubi caput suum re
clinet. Alius autem de discipulis eius
ait illi. Domine permitte me primum ire. et sepelire patrem meum. Ihe
sus autem ait illi. Sequere me.
et dimitte mortuos sepelire mor
tuos suos. Et ascendente eo in na
viculam secuti sunt eum discipuli
eius. Et ecce motus magnus factus
est in mari ita ut navicula oope
riretur fluctibus. Ipse vero dormiebat.
Et accesserunt et suscitaverunt eum
dicentes. Domine salva nos. pe
rimus. Et dixit eis. Quid timidi es
tis modice fidei. Tunc surgens
imperavit ventis et mari. et facta est
tranquillitas magna. Porro homines
mirati sunt dicentes. Qualis est
iste. quia venti et mare obediunt
ei. Et cum venisset ihesus trans fretum
in regionem gerasenorum occurrerunt ei
duo homines demonia habentes.
de monumentis exeuntes. sevissimi
tam ita ut nemo posset transire
per viam illam. Et ecce clamaverunt
dicentes. Quid nobis et tibi ihesu
fili dei. Venisti huc ante tempus torquere
nos. Erat autem non longe ab illis
grex porcorum multorum pascens. De